



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

VI. De testamento vsurariorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

HONORIUS RAVENNATE I. RUDOLPHVS I.
P. IV. IMP. 639

ANNO CHRISTI
1186. In aliis autem ecclesiis, vbi reditus non sunt tales, locorum ordinarii inquantum commode poterunt remedium salubre adhibeant, vt ipsis seruiatur ecclesiis, prout decet. Et ne per præsentes aliqua fiat fraus, ordinamus quod campanæ horarum in nocte & die tantum pulsentur, quod omnes confratres se possint parare ad intrandum eccliam, nec incipiatur officium, antequam campagna pulsare cessauerit.

Vt misericordia temperemus rigorem, statuimus & ordinamus, vt illi etiam residere dicantur, quoad suprascriptos reditus, dato quod non intersint horis diuinis; qui solennem medicinam reperint, per tres dies proxime subsequentes: & qui minutionem celebrauerit, per duos dies: & alii etiam qui infirmitate grauati absque lœsione graui suæ personæ venire non possunt: illi etiam qui dicta de causa exeunt. Item vel illi qui ad superfluitatem corporis deponendam exeunt, dum tamen sic cito redeant, quod contra huius Concilii, & suprascriptorum Conciliorum mentem non notentur fecisse: & propterea volumus, & mandamus, quod omnes istæ tres constitutiones iuramento firmentur, quod contra ipsas, vel earum aliquam, non committetur fraus vel dolus per eos.

R V B R I C A VI.

Cognoscentes salubrem constitutionem generalis Concilii Lugdunensis, quæ incipit, Quamquam usurpii manifesti, ac volentes ipsam intra prouinciæ nostræ terminos ab omnibus inuiolabi-

Concilium
Lugdunen-
se II. cap.
27. supra
PAG. 579.

liter obseruari , statuimus quod nullus notarius nostræ prouinciæ alicuius usurarii testamentum conficiat , seu vbi conficiatur intersit , nisi presbyter parochialis sit præsens , cuius est parochianus testator : & ante omnia si dictus presbyter postulauerit , quod forma fuerit dicti Concilii obseruata .

Si quis autem notarius dictæ prouinciæ contrarium scienter attentauerit , in ipsum per hanc nostram constitutionem excommunicationis sententiam promulgamus . Et ne parochiales presbyteri in tenore prædicti Concilii aliquo decipiuntur errore , volumus & mandamus , quod omnes præfati presbyteri tenorem dicti Concilii teneantur habere , & quod locorum ordinarii in episcopalibus Synodis annuatim per singulas diœceses celebrandis per se , vel per aliam personam sufficientem , dictum Concilium suo clero exponant , & aperiant ita clare , quod nullus habeat iustum causam ignorandi ea quæ continentur in eo .

R V B R I C A VII.

Cum iure diuino & humano decimæ debeatur , & in signum vniuersalis dominii sibi ipsas Dominus reseruauerit , exactiōnem ipsarum præterire non possumus nec debemus , absque animarum periculo nobis subiectarum , & ecclesiarum nostrarum læsione enormi : proinde statuimus ut ecclesiarum prælati , & clerici vniuersi nostræ prouinciæ , quibus debentur decimæ de consuetudine vel de iure , sint solliciti exigere decimas ab iis qui